



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

8. Responsio ad quartum argumentum. Vbi aduertitur, quod Familia laica  
Episcopi ratione personæ Episcopalis gaudet priuilegio fori, quamuis non  
habeat requisita Concilij, id est Habitum & Tonsuram. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

hoc exigente, ut diximus, reverentia tantu dignitati debita, & recta administratio negotiorum fori spiritualis & Ecclesiastici. Et quidem si in l. 3. C. de praeposit. sacr. cubiculi lib. 12. habetur, cubicularios tam sacri Cubiculi mei, quam Venerabilis Augustæ, quos vtroque certum est obsequiis occupatos, & Aulæ penetralibus inherentes diversa iudicia obire non posse, obseruatione aliorum Tribunalium libertates, &c. Et in l. 4. C. de silentiaris, eod. lib. Ne ad diversa tracti viti deuoti Silentiaris iudicis sacrarum abstrahi videantur obsequiis, &c. Si inquam, propter honorem debitum Regiae Majestatis eorum familiares per dictas leges ab aliis Tribunalibus eximuntur, iuste quidem Summus Pontifex potuit eximere a sacerdotali potestate familiares Episcoporum, qui merito à D. Ambrosio de dignit. Sacer. cap. 2. Chrysostomo lib. 2. de Sacerd. Nazianzeno orat. 17. Regibus præferuntur. Et ideo Constantinus ille Magnus ingressus locum, in quo Episcopi conuerterant ad Concilium Nicænum celebrandum, in medio conuentu eretus constituit; & cum parua quædam sella illi esset loco posita, non prius confedit, quam Episcopi ad id annuiscenter est apud Eusebium lib. 3. de vita eiusdem. cap. 10. Vnde valde mihi dispergit Moscophorus non solum negare Pontifices exemplis familiam Laicam Episcoporum à potestate sacerdotali; sed etiam non posse; quod falso esse existimo: cum Pontifices id sacerdoti constet non solum ex Canonibus, sed etiam nouissimi ex declaracione & facto Sanctissimi PP. nostri Urbani VII. I. ut patet ex suprà citatis Epistolis ad Comitem Nouellarae. Et factum Papæ dubium vocari non debete text. in cap. in memoriam 19. dist. & docet Antonius de Butrio in cap. 2. num. 6. de translat. & alij: & declaraciones eius esse iustas assertor text. in cap. cum inter vos, §. final. de re iudic. & cap. absit 11. quæf. 3. quoniam ipse est foris iustitia, Clement. 1. de probat. Ad id vero, quod Moscophorus assertit num. 40. Laicos non posse se submittere Ecclesiastice iurisdictioni; afferre Laicos posse prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, non solum de iure Canonico, ut patet ex cap. significasti, de for. compet. Sed & iure Ciuiili, ut patet ex l. si quis ex consensu. & l. Episcopale. C. de Episcop. Audient. & docet Menochius vol. 4. consil. 322. nu. 29. Paurmeister de iurisdictione Imperii Romani, lib. 2. cap. 8. num. 68. Duarenus de sacr. Ecclesiast. ministr. & benef. lib. 1. cap. 2. & Doctores quos ego plena manu citaui, & sequuntur sam in part. 5. tract. 1. resol. 8. Dicendum est igitur posse Summum Pontificem ex iusta causa eximere Laicos à potestate sacerdotali, ut factum est in familia Laica Episcoporum. Vnde ex his patet, quam male afferuerit Moscophorus num. 75. Pontificem hoc facere posse tantum in Terris suis, in quibus habet dominium temporale.

*Quæ hic est  
sup. in tr. 2. Ref. 182. &  
in aliis eius  
prime, & se-  
cundæ an-  
not. & si va-  
cas otio po-  
tes etiam le-  
gere alias  
Ref. cetera-  
rum eius an-  
notationum,  
ut ita do-  
ctrina re-  
pearatur sup.  
hoc.*

## RESOL. VIII.

*Responsio ad quartum argumentum.  
Vbi adueritur, quod Familia laica Episcopi ratione per-  
sona Episcopalis gaudet priuilegio fori, quoniam non  
habet requisita concilia, id est habitum, & Torsuram.  
Et additur, quod priuilegium clausum in corpore iuris  
nunquam censeatur derogatum, nisi de illo specifica sit  
mentio. Ex part. 6. tr. 2. Ref. etiam 8.*

*Sup. hoc su-  
pra in Ref. 1.  
§. 1. A D quartum argumentum ex autoritate  
ad medium, Suarez, Cevallos, & aliorum afferentum;  
vers. Quar. quod post Concilium Tridentinum nemo potest gau-*

dere priuilegio fori, si non deferat habitum & ton-  
suram, &c. Respondeo hanc sententiam me sapienti  
reprobans; ut in part. 1. tract. 2. resol. 97. part. 3. tract. 1. non satis que-  
resol. 30. & part. 5. tr. 1. resol. 1. cum multis Doctribus, hic finis  
quibus nunc addo Alexandrum Ghilinum in summa, sup. in r. 1.  
verb. Episcopus, nam. 5. vbi sic ait. Episcopi eriam  
post Concilium Tridentinum possunt tenere fami-  
liam armatam; qua quidem familia licet Laica, s. ad me  
gaudet eodem priuilegio fori, sicut ipsi Clerici ga-  
udent. Ita ille. Et ratio est, quia Concilium ut legen-  
tibus patet loquitur de priuilegio fori, qui debent  
gaudere Clerici ut Clerici; non de priuilegio fori, qui debent  
quod aliis competit ex alio capite; & ideo Concilium ac-  
cerit. Nullus prima tonsura initatus, &c. Vnde  
male haec verba traduxit Moscophorus hoc pacto. [Nin-  
guna goze del priuilegio del fuerio sin tener ordines,  
Episcop. & c. ] hoc enim ibi non dicit Concilium, sed afferit.  
initiatus ordinibus non gaudere priuilegio fori, nisi cùs do-  
sub conditionibus ibi appositis est enim magna dif-  
fentia inter utrumque modum loquendi. Cum igit  
tur familiares, de quibus loquimur, non habent  
potest, sed etiam non possunt, non solum ex se, sed fauore Episcopi, sequi-  
tur ut obseruat Megalius in suis variis resolutionibus,  
somp. 2. resol. 122. num. 7. quod tali priuilegio gaude-  
bunt, etiam si Laici sint, dum perseuerant in servitu  
Episcopi. Et ita docent omnes Doctores, qui post  
Concilium scripta sua typis mandauerunt, ut visum  
est suprà, afferentes familiam & ministros Episco-  
porum Laicos gaudere priuilegio fori. Quod etiam,  
ut visum est suprà, Sacra Congregatio & Summi  
Pontifices declararunt, nempe Laicos Episcoporum  
familiares priuilegio fori gaudent. Et ita hanc sen-  
tentiam docet etiam doct. Archic. Calagritanus Ambrosius Marchini in alleg. pro iurisdict. Ordin. Militar. art. 6. num. 5. 8. vbi sic ait. [ Muy diferen-  
te razón es en los de la familia del Obispo que  
gozan del fuerio, y no del Canon, porque el funda-  
mento de gozarlo no es el mismo, pues no se les  
da como a personas Ecclesiasticas, si no como a fa-  
miliares del Obispo, a quien el derecho le da ha-  
ber familiam armatam & exemptam. ] Ita ille; &  
post illum nouissime me citato hanc sententiam docet etiam Stephanus Bauni, in Theol. Mor. tract. 11.  
quef. 37. vbi firmat Concilium dumtaxat de Cleri-  
cis agere, non de aliis, qui aliunde fori priuilegio  
fruuntur. Et Petrus Gambacorta qui scripsit post  
Concilium Tridentinum de immunit. lib. 4. cap. 3.  
num. 7. docet totam familiam Episcopi ratione per-  
sona Episcopalis, quoniam Laica sit, gaudere priuile-  
gio fori, quod etiam post Tridentinum dixerunt  
Doctores ubi suprà, in resol. 2. citati. Vnde ex his pa-  
tet non bene afferuisse Moscophorus num. 48. priuile-  
gium familiae Laicalis Episcoporum fuisse abrogatum  
a Concilio Tridentino ad quod priuilegium  
clausum in corpore iuris nunquam censem deroga-  
tum, nisi de ipso specifica fiat mentio, ut ego docui  
cum nouemdecim Doctoribus in 3. part. tract. 2. re-  
sol. 1. Quibus nunc addo Sanchez in opus. 10. lib. 7.  
dub. 19. num. 20. Pontium de matrimon. libr. 8. cap.  
19. num. 16. Castrum Palam tom. 1. tract. 3. disqnt. 4. Que  
punct. 2. 1. 8. 4. numer. 5. Suarez de legibus, lib. 8. cap. 38.  
in 107. c. num. 1. Salas disqnt. 14. num. 73. & Porci Ref. 90. id  
in dubiis Regularium, verb. priuilegium, num. 7. & 67. Sed cor-  
Vnde clausula, non obstantibus priuilegiis, non de-  
rogat priuilegia in corpore iuris clausa, ut nota-  
Bartolus in l. 2. §. legamus, de indic.  
Moditius lib. 2. in §. Principum  
placita, dub. 140. num. 6. &  
alij. Ergo, &c.

RESOL.